

& immunitatibus: quibus Narses afficerat: maiores amplioresq; superad
 dit. Paulo Romano aquileiensi episcopo: apud gradum uita functo. Pro
 binus sufficitur. Qui & ipse grado discedere non est ausus propter lango
 bardorum indignitates & iniurias: Elias deinde natione gr̄ecus in eius lo
 cum subrogatur. Siquidem prouinciales episcopi sedibus a paulo suis p
 ropter schisma depulsi apud gradum conuenere: Atq; hunc eliam & uitæ in
 nocentia: & uirtute præstantiem: pontificem deligūt. Quum autem Gisul
 phus uenetiæ dux immodicis prouinciam exactionibus uexaret: nec deo par
 cens: nec ecclesiæ: tum ob auaritiam: tum q; indigne ferret tris ordine anti
 stites Aquileiensem pro gradensi sedem reliquisse: Atq; ob eam rem nō au
 deret elias Aquileiam redire: conuocat apud gradum concilium. Ad qd' ce
 lebrandum uiginti prouinciales episcopi profecti sunt. Refert ad eorum
 consulta quotidiana langobardi iniurias: qui innata genti auaritia ecclesi
 am laceret. Crassatus proculdubio quotidie maioribus nisi prouideant
 cum idem omnes & faterentur & quererentur: sciscitatus illorū sententias
 Alius ad pontificem mittendum censere: Alius ad imperatorem qui certio
 res de his rebus faciant tum quoq; præsentem opeim remediumq; poscant
 aut si id impetrari non liceat: saltem per epistolæ acrioribus agant uerbis:
 Tum elias. Et si eandem nobis patres mentem esse non dubito: longe ta
 men mihi alia sententia est. Pacem optamus omnes ab hac gente nefaria.
 Quid enim mirum? Qui nam obsecro cruciatus: aut quæ deniq; mors hu
 iusmodi uita non optabilius? Sed ego nulla prorsus ad eam consequendā
 remedia quæ memorantur existimo. Non ne periculum saepius factū qd
 epistolæ cum hoc hominum genere quid uerba proficiant. Saepè patres ac
 cedit: ut unum assequi uelimus: at uero diuersum aliud euenerat: qd' hac in
 re magnopere uerendum est: non enim consilio semper respondet euentus
 iritabitur epistolis hominis ferocia: non mollietur: ingenia mitia precibus
 & mansuetudine facile inflectas: fera barbaraq; pertinacius incrudecunt:
 Expertus olim est paulus. Expertus probinus neq; nos quoq; nostro ma
 lo non periculum fecimus. Quem uobis haec tenus fructum epistolæ inq
 bus nunc spem locatis attulerunt? Quin memini saepius audisse me nun
 ciis interdum egisse pontifices. Verba illis semper data. Post eorum disces
 sum immitius q; ante aduersus ecclesiam sequiere pecunias a nobis expetūt
 non uerba. Huiusmodi igitur remedia perpendentī mihi illud uidere uide
 or: quo usq; patres quicq; nobis rei fuerit cum hoc homine. Magna esto uel
 parua: nec pacem ab eo: nec quietem sperandam. Non ille christi fidem co
 lit: non deos gentium. An creditis optari ut ille simulat redditum in aquile
 iam nostrum propter religionem? Si hæc ad eum enixius querendum
 rō moueret. A liter se se nobiscū gerat in tractādis ecclesiæ negotiis: nō cle
 ricos i uiculis hēat. Nō colonos ecclesiæ uerberibus afficiat: si nō beneficiis

Eccl. Ep. Apollon.

Hilias gōt.